

# LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.

Št. VI.

Vsebina. 57. Litterae SS. R. C. circa iam peractam consecrationem generis humani S. Cordi Jesu. — 58. Decretum S. C. R. super oratoriis semipublicis. — 59. Decretum S. C. R. super Missis in Oratoriis publicis et semipublicis et super facultate asservandi ibi Sanctissimum Sacramentum. — 60. Monita quoad Missas lectas de Requie in sacellis sepulcreti. — 61. Dubia quoad Ecclesiae consecrationem. — 62. Dubia diversa quoad genuflexiones. — 63. Navod za dovolitev blagoslovljenja društvenih zastav. — 64. Razprodaja novih slovenskih katekizmov. — 65. Perijodična poročila in izkazi za leto 1899. — 66. Razpis Iv. Nep. Schlackerjeve ustanove. — 67. Konkurzni razpis. — 68. Škofijska kronika.

1899.

57.

## Litterae SS. Rituum Congregationis

circa iam peractam consecrationem generis humani S. Cordi Jesu.

*Rme Domine!*

Etsi gratum semper mihi fuit officium communicandi cum Ecclesiae Praesulibus ea, quae supremus eiusdem Pastor illis significanda praescripserit; gratissimum modo accidit patefacere singulis Sacrorum Antistibus suavissimam animi voluptatem, quam SSmus D. N. Leo PP. XIII percepit ex promulgatione novissimae suae Epistolae Encyclicae, qua universum humanum genus Sacratissimo Cordi D. N. Iesu Christi solemniter devovendi auctor fuit. Novit enim quanta animi propensione, quo consensu voluntatum fuerint eae litterae ab omnibus tum pastoribus tum fidelium gregibus receptae, et quam prompte ac studiose fuerit illis ubique obsecundatum.

Ipsamet sane Summus Pontifex cunctis exemplo praeivit; et ad suas Vaticanas Aedes, in sacello, cui a Paulo V nomen est, instituta per Ipsum supplicatione, universum terrarum orbem divino Iesu Cordi obtulit et devovit. Cuius exemplum secutus romanus populus, magna frequentia convenit in Patriarchales et minores Basilicas, in templa quaelibet curialia, in aedes sacras prope singulas; ibique solemnem consecrationis formulam iteravit, unoque veluti ore confirmavit.

Protinus allatae sunt undique litterae, et quotidie afferuntur, nuntiantes, eundem consecrationis ritum, pari studio ac pietate peractum fuisse in unaquaque dioecesi, imo in singulis ferme ecclesiis; neque Italiae solum et Europae, sed et regionum maxime dissitarum. Cuius universi catholici populi consensus in obsecundando votis et voluntati supremi omnium Patris, profecto laus maxime debetur sacris Praesulibus, qui suis gregibus eiusmodi in re auctores fuerunt ac duces. Quapropter, Summi Pontificis obsequens desiderio, Tibi et

singulis, qui tuae subiacent potestati, animarum regimen gerentibus, Eius nomine, magnopere gratulor et gratias ago.

Siquidem, ut in iisdem encyclicis litteris Beatissimus Pater edicit, uberes iucundissimosque fructus, nedum in singulos christifideles, verum et in universam christianam familiam, imo et in omne genus hominum, ex hac solemniter oblatione derivaturos confidit, et nos cum Eo confidimus. Omnes enim intime persentiant quam necessarium sit, ut languescens nimium fides vividius excitetur; ut sincerarum caritatis ardor ignescat; ut exultantibus nimium cupiditatibus frena iniiciantur, moribusque in dies contabescentibus medicaminis non nihil afferatur. Omnium in votis esse debet, ut humana societas suavissimo Christi imperio subiiciatur, Eiusque regium ius, divinitus Ei in omnes gentes collatum, civiles etiam potestates cognoscant et reverentur; quo fiat ut Ecclesia Christi, quae regnum Ipsius est, magis magisque amplificetur et ea perfruatur libertate et quiete, quae ad novos usque triumphos comparandos prorsus est ei necessaria. Ad hoc denique ab omnibus enitendum est; ut innumeras gravissimasque iniurias, quae quotidie, in universo orbe, divinae maiestati ab ingratis hominibus inferuntur, compensare piis operibus ac reparare studeamus.

Verum ut concepta spes novas in dies vires acquirat, ac bonum eiusmodi semen affluenter germinet, uberiusque afferat messem, necesse est ut iam excitata pietas erga sacratissimum divini Redemptoris Cor stabilis perseveret, imo alatur indesinenter. Constans enim perseverantia in precibus quamdam, ut sic loquar, vim afferet dulcissimo Iesu Cordi, ut earum recludat fontes gratiarum, quas Ipsamet cupidissime elargiri desiderat

quemadmodum B. Margaritae Alacoque, amantissimae suae, significavit non semel.

Quamobrem Summus Pontifex, me usus suae voluntatis interprete, Amplitudinem Tuam et universi catholici orbis sacrorum Antistites vehementer hortatur, ut, coeptis alacres insistentes, ea excogitent et constituent, quae, pro varia locorum ac temporum conditione, ad optatum finem assequendum magis conducibilia videantur.

Ipsa vero Beatissimus Pater commendat quam maxime eum morem, qui iam in pluribus ecclesiis obtinuit, ut per integrum mensem Iunium varia pietatis obsequia divino Cordi publice praestentur: quod ut lubentius perficiatur, thesauros Ecclesiae reserans, tercentorum dierum indulgentiam christifidelibus impertit, toties lucranda quoties sacris eiusmodi exercitiis interfuerint; plenariam vero iis, qui saltem decem in mense vicibus idipsum praestiterint.

Magnopere etiam in votis habet Sanctissimus Dominus, ut praxis, alte commendata, ac pluribus iam in locis usurpata, qua, prima qualibet sexta feria cuiusvis mensis nonnulla obsequia peraguntur in honorem sanctissimi Cordis, largius assidue propaetur: recitatis publice Litaniis, quas nuper Ipse probavit, et iterata consecrationis formula a se proposita. Quae praxis si in christiano populo augescat, et quasi in morem transeat, iugis erit et frequens affirmatio divini illius et regii iuris, quod Christus in omne humanum genus a Patre accepit, et effuso sanguine acquisivit. Quibus obsequiis ipse lenitus, utpote qui dives est in misericordia, mireque propensus ad homines beneficiis cumulandos, et eorum nequitiae obliviscetur et ipsos nedum ut fideles subditos, verum ut amicos et filios carissimos amplectetur.

Praeterea Beatissimus Pater vehementer exoptat ut adolescentes, ii maxime qui litteris scientiisque dant

operam, in eas societates congregentur, quae pii *coetus* vel *sodalitiae a Sacro Iesu Corde* nuncupantur. Constant nimirum ex illo delectorum adolescentium agmine, qui, dato sponte nomine, statutâ per hebdomadam die et hora, in aediculas aut templa, aut ipsorum litterariorum ludorum sacella conveniunt, ibique, alicuius sacerdotis ductu, pia quaedam in honorem sacri Cordis Iesu exercitia devote peragunt. Si gratum acceptumque divino Redemptori pium quodvis accidit obsequium, quod ipsi a suis fidelibus exhibeatur, iucundissimum profecto illud est, quod e iuvenili pectore elicitur. Nec vero sermone assequi possumus quantopere id ipsum iuvenili eidem aetati sit profuturum. Assidua enim divini Cordis contemplatio, et penitior virtutum eius et ineffabilis amoris cognitio nequit fervescentes iuvenum cupiditates non frangere, et virtuti sectandae stimulos non adiicere. — Qui pariter coetus iniri ac frequentari poterunt inter adultos, in iis quae, varii generis *Societates catholicae* nuncupantur.

Ceterum piae eiusmodi exercitationes, quas memoravimus, nullimode a Sanctissimo Patre indicuntur; sed omnia Ipse episcoporum prudentiae et sagacitati permittit, in quorum studiosa propensissimaque voluntate plane confidit: illud unice exoptans, ut in populis christianis pietas erga sacratissimum Cor Domini Iesu indesinenter floreat et virescat.

Interim Amplitudini Tuae diuturnam ex animo felicitatem adprecor.

Amplitudinis Tuae uti Frater.

Romae, ex Secretaria SS. Rituum Congregationis die XXI Iulii, anno MDCCCIC.

C. Episcopus Praenestinus Card.

*Mazzella S. R. C. Praefectus.*

*D. Panici S. R. C. Secretarius.*

## Decretum Sacrae Congregationis Rituum super Oratoriis semipublicis.

A Sacra Rituum Congregatione saepe postulatum est, quaenam Oratoria ceu semipublica habenda sint. Constat porro Oratoria publica ea esse, quae auctoritate Ordinarii ad publicum Dei cultum perpetuo dedicata, benedicta, vel etiam solemniter consecrata, ianuam habent in via, vel liberum a publica via fidelibus universim pandunt ingressum. Privata e contra stricto sensu dicuntur Oratoria, quae in privatis aedibus in commodum alicuius personae vel familiae ex Indulto

Sanctae Sedis erecta sunt. Quae medium inter haec duo locum tenent, ut nomen ipsum indicat, Oratoria semipublica sunt et vocantur. Ut autem quaelibet ambiguitas circa haec Oratoria amoveatur, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, statuit et declaravit: Oratoria semipublica ea esse, quae etsi in loco quodammodo privato vel non absolute publico auctoritate Ordinarii erecta sunt; commodo tamen non fidelium omnium nec pri-

vatae tantum personae aut familiae, sed alicuius communitatis vel personarum coetus inserviunt. In his omnes, qui sacrosancto Missae Sacrificio intersunt, praecepto audiendi Sacrum satisfacere valent. Huius generis Oratoria sunt, quae pertinent ad Seminaria et Collegia ecclesiastica; ad pia Instituta et Societates votorum simplicium, aliasque Communitates sub regula sive statutis saltem ab Ordinario approbatis; ad Domus spiritualibus exercitiis addictas; ad Convictus et Hospitia iuventuti litteris scientiis aut artibus instituendae destinata; ad Nosocomia, Orphanotrophia, nec non ad Arces et Carceres atque similia Oratoria, in quibus ex instituto, aliquis Christifidelium coetus convenire solet ad audiendam Missam. Quibus adiungi debent Capellae

in Coemeterio rite erectae, dummodo in Missae celebratione non iis tantum, ad quos pertinent, sed aliis etiam fidelibus aditus pateat. Voluit autem Sanctitas Sua sarta et tecta iura ac privilegia Oratoriorum, quibus fruuntur Eminentissimi S. R. E. Cardinales, Reverendissimi Sacrorum Antistites, atque Ordines Congregationesque Regulares. Ac praeterea confirmare dignata est Decretum in una Nivernen. diei 8 Martii 1879. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 23 Ianuarii 1899.

C. Episcopus Praenestinus Card.

*Mazzella S. R. C. Praefectus.*

*D. Panicci S. R. C. Secretarius.*

L. † S.

59.

## Decretum Sacrae Congregationis Rituum

super Missis in Oratoriis publicis et semipublicis et super facultate asservandi ibi Sanctissimum Sacramentum.

*Nivernen.*

Reverendissimus D. Stephanus Antonius Lelong Episcopus Nivernen., quae sequuntur, Sacrae Rituum Congregationi exposuit, opportunam declarationem seu resolutionem humillime ex postulans, videlicet:

I. Potestne Episcopus iure ordinario concedere licentiam etiam plures Missas qualibet die celebrandi 1. in Capellis seu Oratoriis piarum Communitatum, etiam earum, quae clausuram non habent; 2. in Capellis seu Oratoriis piarum Communitatum, quae licet non habeant ingressum in via publica, inserviunt tamen quotidianis exercitiis totius Communitatis; 3. in Capellis seu Oratoriis ad personas quidem privatas pertinentibus, sed quae sunt publica vel semipublica in eo sensu, quod habeant ingressum in via publica vel prope viam publicam, ut semper cuilibet volenti intrare permittatur?

II. Potestne Episcopus alia oratoria praeter Capellam seu principale Oratorium erigere in piis Communitatibus sive ob numerum Sacerdotum ibi degentium ut ab omnibus Missa dici possit, sive in gratiam infirmorum qui nequeunt adire Capellam seu Oratorium principale?

III. Potestne Episcopus iure proprio concedere facultatem asservandi Sanctissimum Sacramentum 1. in Ecclesiis seu Capellis publicis quae tamen titulo parochiali non gaudent, etsi utilitatibus Parochiae inservant; 2. in Capellis piarum Communitatum publicis, id est quarum porta pateat in via publica vel in area cum via publica communicante et quae habitantibus

omnibus aperiuntur; 3. in Capellis seu Oratoriis interioribus piarum Communitatum, quando non habent Capellam seu Oratorium publicum in sensu exposito ut evenit ex gr. in Seminariis?

IV. Potestne Episcopus iure proprio licentiam concedere uni Sacerdoti secundam Missam diebus Dominicis aut festivis de praecepto celebrandi 1. in Oratoriis seu Capellis quae a S. Sede vel vi Indulti ab ea concessi fuerunt approbata, quando propter distantiam a Parochiali Ecclesia ista secunda Missa proficere potest voto Parochianorum, qui aliter Missam non audirent vel saltem difficillime; 2. in duabus Ecclesiis in eadem Parochia existentibus quando pro utraque deservienda unicus adest Sacerdos, et tamen non sine detrimento religionis Missa in una tantum celebraretur; 3. in eadem Ecclesia quando aliter pars sat notabilis Parochianorum Missam non audiret; 4. quando valde utilis est, sin autem necessaria ista secunda Missa, ut communicari a Fidelibus cum maiori facilitate et aedificatione frequentius possit?

Sacra itaque Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, hisce postulatis sic respondit:

Ad I. Episcopus utatur iure suo in omnibus casibus expositis.

Ad II. Si porro ex piarum Communitatum conditione necessaria sit erectio alterius oratorii, pro eius *erectione* facultas erit a Sancta Sede obtinenda.

Ad III. Implorandum est indultum a Sancta Sede quoad omnia postulata.

Ad IV. Posito quod Episcopus iam facultatem obtinuerit a Sancta Sede concedere Sacerdotibus suae Dioecesis indultum bis in die festo sacrum litandi, erit suae prudentiae hac speciali facultate in casu necessitatis pro populi bono uti, si vero eiusmodi facultate ipse non sit instructus, eam impetrare poterit. Atque ita respondit ac declaravit. Die 8 Martii 1879.

Ita reperitur in Actis et Regestis Sacrorum Rituum Congregationis.

Die 23 Ianuarii 1899.

L. † S.

*Diomedes Panici,*  
*S. R. C. Secretarius.*

60.

## Monita quoad missas lectas in sacellis sepulcreti;

et quoad distantiam quae intercedere debet inter altare et cadavera in coemeteriis vel ecclesiis sepulta.

I.

Dubium I. Decreti in *Romana* d. d. 12. Ian. 1897<sup>1)</sup> circa Missas lectas de requie permissas in sacellis sepulcreti, sed vetitas in eiusdem sepulcreti Ecclesia vel Oratio publico, a S. R. Congne reformatum est: ita ut dictae Missae permissae haberi debeant. En Dubium:

I. Privilegium circa Missas lectas de requie ex praefato Decreto (*quod incipit*: Aucto) concessum sacellis sepulcreti, favetne sive Ecclesiis vel Oratorio publico ac principali ipsius sepulcreti, sive aliis Ecclesiis vel Capellis extra coemeterium, subter quas ad legitimam distantiam alicuius defuncti cadaver quiescit?

Resp. reformata: *Affirmative ad 1am partem*:  
*Negative ad 2am*.

II.

Item: circa distantiam, quae inter altare et cadavera in Coemeteriis vel Ecclesiis sepulta intercedere debet, sequens habetur ab eadem S. R. Congne, authentica declaratio:

„Sacra Rituum Congregatio declaravit tres cubitos esse fere unum metrum longitudinis, atque hanc distantiam sepulcrorum ab altari sufficere. Die 5 Aug. 1898.“

Nota. Super quo altero monito animadvertant lectores, duo esse in eo declarata: 1. Non esse amplius attendendam trium cubitorum mensuram, sed sufficere ut servetur unius circiter metri distantia: 2. hanc distantiam non amplius intercedere debere, ut lex servetur, inter gradus vel gradum altaris et cadaver sepultum; sed sufficere ut intercedat inter cadaver sepultum et ipsum altare.

61.

## Dubia quoad Ecclesiae consecrationem.

Instantibus nonnullis Rmis Episcopis pro resolutione authentica aliquorum dubiorum, consecrationem Ecclesiae respicientium, Sacra Rituum Congregatio, suffragia unius et alterius tum ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, tum ex Sacrae ipsius Congregationis Consultoribus, necnon cl. cuiusdam professoris in Iure Canonico, exquisivit et typis edenda curavit. Hinc Emus et Rmus Dominus Cardinalis Franciscus Segna in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus subsignata die ad Vaticanum habitis, eadem dubia discutienda ita proposuit, nimirum:

I. An Ecclesia, in cuius consecratione omissa fuit consecratio Altaris, habenda sit valide consecrata?

II. Utrum Ecclesia, e cuius parietibus vel partim, vel integre disiciatur simul incrustatio, vulgo *intonaco*<sup>1)</sup>, ut renovetur, consecrata maneat, vel execrata?

III. An Altare, sive fixum sive portatile, enormiter fractum, sed firmiter coementatum, aut ex pluribus lapidibus efformatum, valide ac licite consecrari possit?

Et Sacra eadem Congregatio, omnibus maturo examine perpensis, propositis dubiis, respondendum censuit:

Ad I. *Affirmative*, nempe valide; sed non licite, nisi habeatur Apostolica dispensatio, quamvis aliqua vel omnia Altaria iam consecrata reperiantur; ideoque servandus omnino est ordo Rituum Pontificalis Romani, ut integritas consecrationis perficiatur.

<sup>1)</sup> Ljubljanski škofijski list I. 1897, VI. 33. str. 63.

<sup>1)</sup> Omet.



## Navod

za dovolitev blagoslovljenja društvenih zastav.

V smislu dekreta C. S. Off. dné 3. septembra 1887 se za blagoslovljenje društvenih zastav določijo naslednja pravila, po katerih je v prihodnje ravnati v ljubljanski škofiji.

1. Nobenemu društvu se ne sme blagosloviti zastava brez dovoljenja knezoškofijskega ordinarijata.

2. Dovoljenja za blagoslovljenje društvene zastave je iskati pravočasno po župniku onega kraja, kjer se ima goditi cerkveno blagoslovljenje. V prošnji naj se nekoliko opiše zastava; zlasti je povedati, kake slike, napise, znamenja ima.

3. Načelno se blagoslovljenje odreka takim društvom, ki po svojih pravilih ne skušajo doseči niti verskih niti dobroteljih namenov.

4. Načelno se blagoslov odreka tudi takim zastavam, ki nimajo nikakove verske podobe ali verskega

znamenja; ali pa, če so na njih zraven slik verskega značaja še kake nedostojne slike ali neprimerni napisi.

5. Vsako društvo, katero svoji zastavi prosi blagoslovljenja, naj svoji prošnji priloži reverz, s katerim se zaveže, da bode cerkveno blagoslovljeno zastavo res imelo kot sveto reč (res sacra), in da je ne bo nikoli rabilo v proticerkvene namene, oziroma pri obhodih in slavnostih, ki bi bile po svoji nameri veri ali cerkvi sovražne.

6. Po dobljenem dovoljenju se društvena zastava blagoslovi po obredu, katerega podaja *Rituale Romanum* in *append.* pod naslovom: „Formula benedictionis vexilli cujuslibet Piae Societatis“.\*)

Knezoškofijski ordinarijat ljubljanski  
dné 10. avgusta 1899.

## Razprodaja novih slovenskih katekizmov.

Ljubljansko knezoškofijstvo je kot založnik novih slovenskih katekizmov naravnalo nekatere premembe pri načinu razprodaje te knjige, da bo mogoče ustreči, kolikor se dá, na vse strani ter da bo zlasti mogoče ubožnim učencem nakloniti kar največ prostih iztiskov.

Zato se naznanja čč. gg. katehetom in sploh čč. gg. dušnim pastirjem, da bo odslej vso razprodajo malega, srednjega in velikega katekizma na debelo oskrbovalo knezoškofijstvo samo, in sicer pod nastopnimi pogoji:

**Duhovniki**, ki naročé večje število katekizmov, dobé na vsakih deset iztisov po tri iztise zastonj kot nameček za ubožne učence, proti temu, da plačajo na-

ročene katekizme takoj ter da nosijo troške pošiljatve in poštino.

Katekizmi pa, ki se bodo oddajali od dné 15. t. m. dalje **knjigotržcem**, bodo imeli znotraj na platnicah prilepljen po en listek z vtisnjenim uradnim pečatom. Te listke naj čč. gg. katehetje od učencev zbirajo, je hranijo ter je pošiljajo začetkom vsakega solnčnega leta knezoškofijstvu, katero jim bo poslalo za vsakih deset takih listkov po en iztisek dotičnega katekizma za ubožne učence zastonj. Poravnati jim bo samo poštino in odpravne troške.

Ker se nakloni v prvem slučaju ubožnim učencem izredno lepa pomoč, priporoča se čč. gg. katehetom ta način nakupovanja še prav posebno.

\*) Glasi se: *Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

*B. Qui fecit coelum et terram.*

*Ÿ. Dominus vobiscum. B. Et cum spiritu tuo.*

*Oremus.* Domine Jesu Christe, cujus Ecclesia est velut castrorum acies ordinata: bene+dic hoc vexillum, ut omnes sub eo tibi Domino Deo exercituum militantes, per intercessionem

beati N. (beatae N.) inimicos suos visibiles et invisibiles in hoc saeculo superare, et post victoriam in coelis triumphare mereantur. Per te, Jesu Christe: Qui vivis et regnas cum Deo Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. *B. Amen.*

*Deinde vexillum aspergatur aqua benedicta.*

65.

## Perijodična poročila in izkazi za leto 1899.

Velečastiti gospodje duhovni pastirji se vabijo, da vpošljejo najpozneje do 1. novembra tega leta potom dekanijskih uradov knezoškofjski pisarni za leto 1899. običajna perijodična poročila in izkaze, in sicer:

1. o številu duš v posameznih duhovnijah,
2. o številu potrebnih direktorijev in šematizmov za leto 1899,
3. o številu prebivalstva po veroizpovedanju,

4. o premembah poštних postaj, h katerim pripadajo posamezne duhovnije, istotako o telegrafičnih postajah,

5. o okrajnih in krajnih šolskih nadzornikih, če so duhovniki,

6. o pogreških, ki so se morda vrinili v letošnji škofjski šematizem in o podatkih, ki bi spopolnili krajevni imenik.

66.

## Razpis Iv. Nep. Schlackerjeve ustanove za učiteljske vdove.

Ustanova pokojnega vodje normalke, c. kr. šolskega svétnika in častnega kanonika Iv. Nep. Schlackerja v podporo ene učiteljske vdove se bode zopet podelila za čas od 1. avgusta 1898 do 1. avgusta 1899.

Častni župni uradi naj obvesté o tem razpisu tiste vdove, ki sicer ne uživajo nikake ustanove, z opazko,

naj opremijo prosivke svoje prošnje z verjetnimi sve-dočbami, da so v resnici ubožne, nesvarljivega življenja in da so njihovi možje najmanj deset let hvalevredno služili v kronovini Kranjski kot ljudski učitelji.

Prošnje naj se vložé do 30. septembra t. l. pri tukajšnjem konzistoriju.

67.

## Konkurzni razpis.

Razpisujejo se župnije: Javorje nad Loko v loški dekaniji; Poljanica v novomeški dekaniji; Sveta Planina v moravški dekaniji; Šent Jurij pod Kumom v litijski dekaniji; Trata v loški dekaniji in Unec v cerkniški dekaniji — vse pod patronstvom verskega zaklada.

Prošnje za vsako izmed teh župnij so nasloviti na veleslavno c. kr. deželno vlado v Ljubljani.

Kot zadnji rok za vlaganje prošenj se s tem določi 7. oktober 1899.

Razpisuje se tudi župnija Slavina v postojnski dekaniji, stoječa pod patronstvom cesarjevim, in župnija Brdo v kamniški dekaniji, pod patronstvom stolnega kapitula ljubljanskega.

Prosimci za prvo župnijo naj naslové svoje prošnje na veleslavno c. kr. deželno vlado, za drugo pa na preč. stolni kapitul v Ljubljani. Zadnji rok za vlaganje prošenj je 20. oktober 1899.

68.

## Škofjska kronika.

Č. g. Ivan Sajovic, župnik v Slavini, je imenovan kanonikom cesarske ustanove pri stolni cerkvi sv. Nikolaja v Ljubljani.

Kn. šk. duhovnim svetnikom sta imenovana čč. gg. Blaž Petrič, župnik v Velesovem, in Ivan Skvarča, župnik v Budanjah.

Podeljene so župnije: Bukovšica č. g. Antonu Moretu, župnemu upravitelju v Loškem potoku; Št. Vid pri Zatičini č. g. Ivanu Vidergarju, župniku v Št. Juriju pod Kumom; Radovica č. g. Matiji Novaku, župniku v Poljanici; Ihan častitemu g. Francišku Mekincu, valetudinariju v Ljubljani; Košana č. g. Ivanu Hladniku, kuratu na Gočah.

Za župnijo Moravče je prezentiran č. g. Ivan Bizjan, župnik na Brdu; za župnijo Sv. Trojico nad Cerknico pa č. g. Jakob Merc, župnik v Rajhenburgu ob Savi na Štajarskem.

Kanonično vmeščeni so bili čč. gg.: Mihael Barbo na župnijo Belo Cerkev in Ivan Hladnik na župnijo Trebelno, oboja dné 16. avgusta 1899; Ivan Hromec na župnijo Šenturška gora dné 26. avgusta 1899; Gustav Koller na župnijo Poddrago dné 29ega avgusta 1899; Ivan Rihtaršič na župnijo Loški Potok dné 30. avgusta 1899; Anton More na župnijo Bukovšico dné 31. avgusta 1899; Francišek Schweiger na župnijo Leskovec pri Krškem in Matija Novak na župnijo Radovico, oboja dné 5. septembra 1899.

Č. g. Alfonzu Levičniku, kn. šk. kapelanu in tajniku kn. šk. konzistorija, je dovoljen daljši dopust, da si utrdi svoje zdravje.

Č. g. Matija Prelesnik, kapiteljski vikar v Novem mestu, je sprejet v višje duhovniško izobraževališče pri sv. Avguštinu na Dunaju.

